

Vita

6

677

XV^e s. n° ~~[illegible]~~

677

~~50.74~~

XVe
I. n° ~~1224~~
~~633~~

Table des matieres Contenues en ce volume

1°. Vita Christi à S.to Bonaventurâ pag. 1.

c. 1496

2°. De fide et vitâ Christi Antonij Cornazani placentini vatis liber ~~pag. 74~~ in Venetia 1492 - p. 55

3°. Jesus ~~ff.~~ f. Joannis de Monte cum Cantu versibus elegis accommodo ~~pag. 112~~ - p. 112

4°. Francisci Patricii Egloga de Christi nativitate ~~pag. 139~~ - - p. 139

c. 1482

5°. Bertrandi Apcherii Soterologium vitam Jesu Christi versu elegiaco continens ~~pag. 142~~ Parisiis p. 142

6°. De genealogia Jesu Christi a S.S. Mattheo et Luca conscripta Philippi ~~dissertatio~~ + Codurci dissertatio ~~pag. 198~~ Parisiis. 1646. + ~~Codurci~~ - p. 198

# Jeſuis F. Jo. de mōte Pariſienſis minorite cum cantu verſibus elegis accommodo.




BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Diſticon.

Hoc eme quo poteris Chriſtum laudare volumen
Te per diuinum letificando melos.

¶F.Io.de Monte Anthonio de ſtagno Engoliſmo
rum epiſcopo viro integerrimo. S.P.D.

OPuſculum noſtrum peruigil antiſtes:quod in ſer=
uatoris Ieſu laudem/quatuor dierum ſpacio cō=
didi:tibi dicatum plano ſupercilio accipe.Cum
enim eſſes de me plura benemeritus:hac q̃tula=
cunqꝫ excogitatiuncula/meam erga te gratitudi
nem volui demonſtrare.Nihil equidem ingrati
tudinis labe/magis a me vitādum conſtitui.Cui a me propulſan=
dæ q̃tum incumbo:tantum vtinam inuidie extinguendæ naſutu
li quipiam inſudarent.Liberius proculdubio virorum ſtudioſo=
rum clareſcerent ingenia:ſcriptaqꝫ nunc ſituoſa lucem viderent.
Zoilorum eiuſmodi quiſquis ſenecias expauerit a laudibus diui
nis habet deſiſtere.Quibuſquidem/a me q̃tum vacandum eſt tā
tum hoſce flocci ducam.Habe itaqꝫ gratas has laudes eo faciliori
ſtilo contextas:quo leuius ītellectum ſequatur affectus vt vna de
um iubilis & cantu ſubſcripto magnificent.Vale.Ex cenobio no
ſtro Pariſieñ.Octauo Idus Iullij.








BIBLIOTHEQUE MAZARINE

¶De preuaricatione Adami & Euæ.

Qꝫ Nocet humanis cęcati morſus adami.
Omne venerarunt poma vorata genus.
Qꝫ male femineis curauit fidere verbis:
Femina quod credit/credere ſepe facit
Credidit hic ſpōſe:que credidit ante colubro
Herentes angui/deſeruere deum
Mulcta ſubeſt:equidem foliorum tegmine pubem
Cinxere:alternus ſedit et ore pudor
Quoſqꝫ tumere poteſt mulier coniuncta per annos
Qꝫ puerum crimen ſepius iſta parit
Noſtra in dāna ſui deduxit guttura pomo
Sentit poſteritas/quod monuiſſe nocet



❡De fuga eorundem a paradiſo.

Fert aſcrea deo: paradiſo extrude rebelles
Arce delicijs ſeu meruere tuis
Exul erit proles ſitiens qꝫ ardore dolebit
Durum a perpeſſo frigore cauma feret.
Qꝫ longa hec gulule tormenta libido parauit
Vnius innumeris culpa peracta nocet.
Eſca hec florigeris nos profligauit ab oris
Dum tamen hanc reſides ſemper amamus/obeſt
Nos melius plangore premi/q̄ numinis enſe
Quos cibus hic vincit: numinis enſis arat
Ergo gule obſtantes celeſtia iuſſa ſequamur:
Nam quecunqꝫ/pati cogimur: illa dedit



¶De annunciatione.

TVm ſobolis gemitus proſpexit eletys amaros
Etheridę qꝫ orans/nuncia vitgo capit
Etheridæ eloquium ſerpentis ſibila vertit
Ac Mariæ virtus fecit ad aſtra viam.
Se ſuperi ancillam paranimphi ad verba fatetur:
Spondet:et extemplo numina ventre gerit
Vbera celeſti miratur lacte repleri
Qꝫ qꝫ ſit ignoto turgida facta viro
Virgo fit hec mater:nobis vt ſedula natis
Efficiat fratrem:qui pater ante fuit
O virgo humane caſta inſtauratio ſtragis
Quem ſtabulando patris ſydera teqꝫ mouet



¶De Viſitatione.

PArthenice impleta mox viſit elizabet aluo.
Celeſti et leuior/pondere celſa petit
Ventre gerit.ſolo qui condidit omnia nutu
Quam ſibi condiderat venter hic aula fuit
Aula fuit regis: diuini et regia nati
Regia ſpiriticis ſepe referta choris
Fecerat hanc aulam qui caſta eſt factus in aula
Fecerat et matrem fit quoqꝫ matre deus
Mater it ad matrem:natum quoqꝫ natus adibit
Vt ſacra babtiſmi terſus in amne probet
Laudat anus mariam:ſuperum canit iſta tonantem
Fetus virgineos tum benedixit anus.



Ⓒ De natiuitate.

ECce parit virgo:natum quoqꝫ mater adorat
En celi miſero vagit in orbe deus
Non abraha aſpexit:quem bos comitatus aſello
Aſpicit optarunt:nec tenuere patres
Vagis et ceptas ſentis puer optime penas
Quas ſumpta ex Maria carne daturus eras
Aſt nondum accedit preſepia parua ſatelles
Qui imponat celſæ membra tenella cruci
Cornibus impeteret:pedibusqꝫ arceret aſellus
Nec ſmerent dominum morte perire ſuum
Beſtia mente carens quem non cognoſcit apella
Nouit:ſed tandem noſcet apella deum



¶De circunciſione.

DVm tibi deradit preſegnia caſta ſacerdos
Preſcindis legis Chriſte puelle iugum
Octiduo genitusęfundis pro lege cruorem
Et tolerans cultrum noſtra piacla luis
Non pro te toleras nam cuncti cris exors
Pro nobis toleras:quos mala noxa ligat
Non cruor infectus potuit detergere labem.
Purus adeſt:puro noxa cruore perit
Noxa perit:ſaltem valet ipſo cruore perire
Stilla huius potuit quodq; lauare ſcelus
Ergo quid effundes fluuios in morte cruoris?
Cauſa mihi clara eſt fundere cogit amor.



¶De epiphania.

TE querunt reges:vt thurea munera donent
Te quoqꝫ teſtentur thuris honore deum
Pauper eras:inopi apportant diuinitus aurum
Pauperibus voto nulla deeſſe queunt
Te bona mater erat non diuite/diues alumno
Qui te habet:& victum ſemper habere poteſt
In ſtabulo latuit:reges petiere latentem
Qui latet a mundo ſepe probatus erit
Cognorunt numen puerili in corpore reges
Stella locum docuit:piſtis et alta deum
Numen adorarunt qui regia ſceptra gubernant
Paſtor adorarat qui peda curua gerit.



¶De purificatione.

PVrificanda adijt tamen hec ſine crimine templum
Mater enim phœbo purior vna fuit
Nullam hec humano contraxit ſemine labem
At nihiloſecius templa ꝓpianda ꝓpetit
Numinibus geminas offert ſine felle columbas
Quippe columbini pectoris illa fuit
Anna exultabat vidit ſua vota ſymeon::
Atq; orbis precium vidit in ęde ſenex
Gaudebat mater:capularis gaudia turbat
Vaticinans gladium·virgo q; triſtis hebet
Iamq; doles mater:iam noſtra piacula ſoluis
Et tibi prima huius cauſa doloris abeſt.



¶De Herodis in inſontes puerulos debacchatione.

MOrte puellorum Herodes queſiuit honorem
Mors ſibi perpetuum dedecus illa dedit
Interdum occurrit querenti in colle ferinam
Angnis: ita opprobrium qui decus optat habet
Hic voluit natum per fata cxtrudere regno
Sed pueris ceſis ſingula ſceptra dedit
Hic minimis nocuit: minimi nocuere nocenti
Vermes: pthiriaſi quippe refertus obit
Obfuit ille ſibi. pueris cum ſęuus obeſſet
Sic alienigena notus in orbe deus
Noſcitur egipto: ſol fuſcis lucet in vmbris
Deſerit herodem: ſic tenebroſus obit.



¶De fuga Mariæ.

EThere de monitu pharias diffugit in oras
Et ſimulachra illic procubuere deum
Soter egiptum iudęa egreſſus abiuit
Virginis et nati vector aſellus erat
Quis ferat externo paſſos in rure labores?
Q̄ta audit matri ſedulitate puer?
Rex erat & verne munus pro regis obiuit
Faſtibus: & mitis rege furente latet
Rex bacchabatur Chriſtus cedebat vt agnus
Nunc tenet hic ſolium rex tenet ille ſtyga
Flaccuit herodis: periit q; potentia vani
Hanc q; manus Chriſti non moritura premit.



¶De Ieſu perdito.

Heu dolor heu primum ſectatur ſepe dolorem:
  Poſt gladium gladius virginis exta rapit.
Audierat veri certiſſima verba prophete
  Tum patuit verum vera tuliſſe ſenem
Accedens templum natum/ſua gaudia perdit
  Predicti et gladius corda doloris habet
O q̃to luctu pia natum virgo requirit
  Quo mallet vitam deſeruiſſe ſuam
Perdiderat precium redimendi celitus orbis
  Non ſibi tunc cure ſciſſa crumena fuit
Preſtabat nummis:non cuſtodiſſe gemebat
  Ob depredatas quę tacuiſſet opes



## ¶De tentatione Chriſti in deſerto.

SSuriens petitur ſtygiali a dęmone Chriſtus
Hunc q; fameſcentem vertere ſaxa mouet
Panis at hic celi/ſegetes non querit edendas
Etherei panis poſcit habere dapes
In iuga portatur rapido cacodęmonis auſu
Omnia dat dęmon:quo ſibi detur honor
Culmen adit templi:monitatq; elabier alto
Cerneret vt ſaltu ſi deus ille foret
Fruſtra agitat celſum tentatq; agnoſſe tonantem.
Nouerat:aſt notum ſpreuerat arce ruens
Noſce deum nebulo:nunq̃ tamen aſtra redibis
Nunc homini inuideas:iam ſibi Chriſtus adeſt



¶De ſuſcitatione lazari.

MAgdalę lachrimis/Marthe & ſtimulatus amore
Vt releues fratrem caſtra benigna ſubis
Emittis lachrimam/humanum miſeratus ouile
Quam plebs ede ſacra vindociana colit
Democritus cernens humana negotia riſit
Fleſti hominem primo crimine tanta pati
Hic nos flere decet tandem ridebimus aſtris:
Spiritus vt prima morte ſolutus eat
Cum Chriſto lachrimas fundamus:rideat effrons:
Rideat hic ſulphur quem ſtygiale manet
Poſt riſum lachrimę poſt gaudia vana cocytus
Poſt fletum riſus gaudia poſt lachrimas.



¶De peccatricis acceſſu ad dominum.

OMiſerans homines/o dulcis elet yos annis
Te diſcumbentem lubrica thais adit
Euilat:et vanos ſoluit ploramine riſus
Et lachrimabundo tergit amore pedes
Dumq; pedes tergit detergis crimine pectus
Obſequio paruo premia magna refert
Heu miſer eſt/tandem qui crimine perget in orcum
Te modo/plorabit non adiiſſe pium
Quoſcunq; admittis:nec thaidis ora recuſas
Hac licet exiliat murmur in ora virum
Heu que luſtra tenes meretrix accede vocantem
Que ſordes/vicium terget amoris aqua.



¶De ſamaritana a qua petit potum.

PAſſus es/o ſother quo languida corda valeſcunt

Poſcis aquam/quo omnis vina racemus habet

Chriſte fatigaris:qui pectora laſſa focillas

Ipſe fatigatus ſum mala cauſa tui

Nondum exantlhaſti quos debes ferre labores:

Heu nondum eſt pęnis meta parata tuis

Thaida compellas nullum aſpernare creator:

Aſt te aſpernantur multa creata/deum

Samaritana tuis mutatur adultera verbis

Dulcis es alloquio:pectus amore frues

Chriſte ſitis:puteus ſitienti proximus adſtat

In cruce dum ſities fel tibi potus erit.



¶De acceſſu in Iheruſalem ſuper qua fleuit.

CHriſte tibi a ſolyma turba preſtantur honores
Ecce tibi laudes paruula turba canit
Verſilis o nimium quę noſtri eſt gloria ſecli
Te ſecli labens gloria flere iubet
Fles: ſiquidem cernis qui te modo laude coronant
Quot tibi dant laudes tot tibi probra dabunt
His declamaſti nec te quiſq̄ excipit hoſpes
Quę non laudatum/ laus ſimulata/ iuuat
Tuq; canalibolę frigere relinqueris inſtar
Cogit & vt redeas magdala caſtra/ fames
Fleuiſti populi iam non reuocabile crimen
Fleuiſti mortis conſcia corda tuæ.



¶ De expulſione vendentium & ementium de templo.

MAne vrbem rediens colibiſtas pellis ab æde
    Hincq; fugas cupidos fune rigente viros
Heu timeat timeat/ſymonis qui labe notatur
    Nempe flagella tonans aſperiora parat
Si mihi fas eſſet ſymonas collidere fune
    Hic foret attritus: nil niſi ſtupa foret
Extimuere tuos plus ſeua canabe vultus
    Hinc ſibi reſponſi copia nulla fuit
Quid ſymoniſſantes tibi dicent ante tribunal?
    Si terres pauper quid rogo diues ages
Cerno q; reprobes templi myrothetia vendi:
    In ſacra vt mulier quos cupit ęde locet.



¶ De cena domini.

AGne agnum mendis/fidis ſtipatus alumnis
Te quoq; tradentis membra cremenda lauas
Quinetiam inſtituis nobis ſacra liba fouendis
Teq; ſub his vero verius eſſe doces
Hoc paſtus funem ſcariotes rumine ſumpſit
Quo foret in ſtygias mox retrahendus aquas
Sume pro affectu tam candida liba ſacerdos
Si ſine amore capis:liba nocere queunt
Omnibus anteferas:nil plus dilexeris illis
His nihil in terris dulcius eſſe poteſt
Prepoſuit Iudas nummos celeſtibus eſcis:
Huncetiam nummus perdidit ante dies



De lotione pedum apoſtolorum.

Flecteris ante tuum celſiſſime/plaſma/creator
Tuq; lauas petri ſe renuente pedes
Pelluuio immiſit poſt verba minacia plantas
Lauiſti et Iudæ:nec ſcelus vnda tulit
Hūmilitatis opus nec ſolum velle docetur
Que reliquos debet ducere turba viros
Chriſte lauas plantas:quas impia Roma videbit
Quę rome erecte ſacra prophana terent
Te tamen his linquet fugiens ad verba puelle
Et pedibus lotis:tendet in antra petrus.
Chriſte lauas plantas:quas celum optaſſe patebit.
Dum fuerit pedibus verſus in alta crucis.



¶De oratione in orto.

TOlli orans calicem vitare pericla docebat
 Affuit oranti celitus etherides
Somno oppreſſantur comites:vigilare precatur.
 Pollicitus mortem petre ſopore pigres
Fur vigilat celi theſauro vt priuet egenos
 Cuſtodi Chriſtum quo ſine petre gemes
Hic tibi diuitie/iam cuſtodire labora.
 Sis vigil:ad furtum eſt ſœuus apella vigil
Se vigil in ſano cayphas ab domine priuat
 Dum cayphas vigilat vis ne ſopore premi?
Si vigilare nequis tibi cur aſſumis ouile
 Quem ſapor aſtringit non bene ſeruat oues.



¶ Qualiter fuit captus in orto.

EN recutita cohors ſcariote freta miniſtro
Sternitur ad Chriſti verba modeſta pij
Quem capiant/ ſueto ſigno manifeſtat amoris
Et quem hoſti tradit: fingit amare deum
Mox petrus exurgit: pellitq; a lumine ſomnos
Enſe petri/ malcho protinus auris abeſt
Sed petre quin aliam mucrone furente remoſti
Dignus enim bina plectier aure fuit
Illi nequicies geminas occluſerat auris
Quæ non ceperunt verba benigna dei
Arma odit Chriſtus: grata eſt patientia Chriſto
Aurem ſanauit piſtis vt hanc ſubeat.



¶De illuſione Chriſti.

Obtegitur facies turpi pulcherrima velo
Vt fuerat ſputi commaculata lue
Non ſinis o vulgus mutet tua pectora vultus
Ecce tegis ne te de trucitate vocet
Nuda ſit hęc facies: recto & videatur ocello
Quę modo deſeuis turba benigna gemes
Quem modo ſic velas/plus ſole micare videbis
Quas ve tenes vinctas/heu patiere manus
Cernere Chriſtum horres: cernes cum cernere nolles
Cumq; alijs dabitur cernere: cęcus eris
Illudis verum tactu & ſermone prophetam
Iungitur et ſpurcis valgia multa iocis.



¶Ducitur ad Annam.

DVcitur innocuus/palmas religatus ad Annam
Q; q; ſit hic captus/letior Anna venit
De quibus ille rogat iamiam fugere nec adſunt
Dedecus vt taceat Chriſtus & ipſe tacet
Dumq; ſuam forti doctrinam roborat auſu
Suſtinet audaces a nebulone manus.
Sed quæ cauſa ictus quin pugnis Anna ſceleſtum?
Qui non expectans iuſſa ſuperna quatit
Iuſticiam fugiens/ſontes impugne relinquis
Inſontem q; ictum vis tolerare crucem
Te rationali. priuat dictamine liuor
Iudice te Iudas verbero digna luat.



¶Ducitur Chriſtus ad Caypham.

Vceris ad Caypham pro tempeſtate coragum.
Atq; illic falſo teſte petitus ades
Nuda tibi flenti illorum metanea patebat
Diſſimili q; vſu pectus & ora rapi
Fallere te nequeunt/rimantem pectus & exta:
Falluntur/dum te fallere poſſe putant
Te mixtim inſimulant fraude:& tua dicta reuertunt
Poſtico & victus munere teſtis erat
Sannio te ridet:cacethos q; enorme retentat
In te ſic mutum labra retorta mouent
Quid tua tam patitur carne illatebrata poteſtas?
Diſperient Cayphas/Pontius/Anna/Socer.



Ducitur ad Pylatum.

DVcitur infauſtris docti pretoris ad edes
Qui bene cognorat liuida corda virum
Colludunt proceres:fitqꝫ illis fabula Chriſtus
At Chriſto tandem fabula triſtis erunt.
Te videt Herodes:Pontiqꝫ reformat amorem
Quem bili paucos ſoluerat ante dies
Dicite pretores quotiens ſic vertitis æquum?
Et quoties redeat vulnere litis amor?
Si roget heu verres:non iam deffenditis æquum
Vt reparetur amor cauſa clientis eget
Debuit inſontem acceptus dimittere iudex.
Non regi ad riſum mittere:crimen habet.



¶Ab Herode redit ad Pylatum.

HErode heu demens ſapientia vera putatur
Quod fuerat ſophie nomen inane putat
Iudea vt demens ad roſtra remittitur inſons
Pretor et innocuum ſoluier ipſe petit
Aſt ringunt populi: ſublata & voce fatigant
Vt cruce tollatur gens maledicta petit.
Nouerat innocuum vinci ſine crimine pretor
Hinc cogente animo ſoluere morte volet.
Chriſte taces: in te gens recti neſcia clamat
Torquet & in vultus ptyſmata fœda tuos
Si lupus ipſe fores: gens vocem perderet iſta
Non tibi vox: etiam tot patuere lupi.



BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Chriſtus flagellatur.

A Clamore nequit pretor cohibere popellum
Quem ſitiunt igitur/panditur ecce cruor.
Chriſte flagellaris das duram pelle colaſſim
Virgarum & ſtrigis candida membra rubent.
Dilaniant plantas:preſtringunt verbere lumen
Inq; tuum corpus iura ſatelles habet
Nunc hominum in Chriſtum violet miſeratio phrenas
Gens diluta agni compatiare neci.
Non lacera emotus diſſoluere membra laborat
Aſt patitur/mali triſteq; ſoluit onus
Scindere cor:nec te poſthac odioſa ſimultas
Opprimat;en chriſtus felle columba caret.



¶ Chriſtus coronatur.

Vibices fuerant/horrenda in vulnera verſæ
Imponunt plagis pallia rubra tuis
Heu dolor:heu vulnus iam iam renouatur honore
Spinea dum cingit triſte corona caput.
In cerebrum tranſit:leſa eſt ſapientia ſpinis
Atq; leuis ſceptrum ſupplet arundo decus
Quis dolor:o fratres:fuit huic ceruice forata
Nam cerebrum ſenſus cauſa ſuprema manet
Incumbunt ſerto baculiſq; in vertice preſſant
Miſcetur lachrimis ſtilla cruenta pijs
Efflares animam:niſi corpus numen haberet
Ni deus adſtaret:iam moreretur homo.




❡Chriſtus irridetur·& petitur ad crucis ſupplicium.

DOmilio in Chriſti conſurgit ineptulus ora
Et puero/vt clamet/mandat vterq; parens
Panditur hic populo/geſtans inſignia regis
Spinea:qui non rex/en homo:pretor ait:
En homo:non rex eſt:hominem miſerarier æquum
Sufficiat riſus factaq; ſanna viro.
Liuenti aſt populo non riſus ſufficit effrons
Et liuens populus triſtia fata petit
Hic quando abſuerit:dicunt:ridebimus vltro.
Nos viuens triſtat:gaudia mille dabis
Gaudia des pretor/ni dones ipſe dolebis
Hoſtis es Auguſti:ni cito morte cadat.



¶ Pylatus damnat Chriſtum.

TVm lauat iſte manus inſontis ſanguinis vltor
Sed mens ſordidior q̃ fuit ante manet
Dilutis manibus: creuere in pectore ſordes
Candeſcunt palmæ: ſed me tanea nigret
Qui credis populo conſorti crede pilate
Nempe poteſt mulier conſuluiſſe bonum
Conſuluit crimen (verum non credis) adamo
Quin igitur credas non facit illa fides
Id facit ambicio ꝙ ſponſe audire recuſas
Parere & voto lege negante truci.
Das populo Chriſtum: ſcandit poliandria Chriſtus
Te dabit orcicolis: imaq; tecta petes.



¶Chriſtus geſtat crucem.

Fert crucis hic lignum: nato qꝫ fit obuia mater
Ligna videns/nati ſternitur ante pedes
Proſtratur genitrix: ſcribens hęc fundo lituras
Quis Mariæ fletus fletibus abſqꝫ videt?
Subiacet hic oneri: dolor incrudeſcit onuſti
Hinc ſymoni mandant ad iuga ferre crucem
Aucta timet rabies/ne mortis dedecus abſit
Optat enim allophilas cernere fata viros
Nimirum decuit pendentem vt turba videret
Extera: pendentis quæ probet ore fidem
Extera gens vidit: non ſeſe excuſet apella
Inuidia paſſum: nec meruiſſe crucem.



¶ Expoliatur Chriſtus ad crucem.

DIſpoliant Chriſtum: mater videt eminus adſtans
Vulneribus q; herens vulnera veſtis agit.
Ocius accurrit: ſoluit quoq; linthea fronte
Et velat pubem mater honeſta ſui
Non datur alloquium: ſed ſeuo expellitur ictu
Iſta videt natus/creſcit & ipſe dolor
Meſtaq; mater: ait te compellare dietim
Heu quondam potui: nunc tamen ipſa vetor
Heu precor a nato non me iam excludite fratres
Si moritur moriar: meq; necate ſimul
Sic maternus amor cogit ſe immergere turbe
A qua virgineus fugerat ante pudor.



❡Diſponitur crux.

STas manibus vinctis: in te omnes lumina torquent
Atq; parant tarda ſedulitate crucem
Accipit hic terebram: illum malleus occupat ingens
Ille facit forulos: hic celer vrget opus
Interea vacuas largo tua lumina fletu
Gens vt te occidat/cogitat omne malum
Protelat mortem: cruciamine gaudet adaucto.
Vt mala plura feras: non periſſe volet
Gaudet in afflictu: gaudet longare dolores
Mortem optant: ſed mors meta doloris adeſt
Sic mortem nolunt: ſed te moriente dolorem
Mors erit his tandem/ſic ſine morte planis.




¶ Affigitur cruci.

STernitur in ligno: totos q; extenditur artus.
Crux Mariæ teneros dimouet icta ſinus.
Iam dirimit ſacras ferrum cruciatile venas.
Sanciat & ferri virginis exta ſonus.
Leditur illa manus ſuperos que fecerat orbes.
Que viſa eſt cecis reſtituiſſe diem.
Liniijt hec oculos ſputoq; lutoq; paluſtri
Qui fuit & cœcus protinus aſtra videt
Non manus eternam tibi conferet iſta ſalutem.
Hanc etiam inclauas teq; ligata patet
Te tamen hæc fecit: non hanc impugne ligabis.
Quo te demittet perpes erymnis erit.




¶ Eleuatur crux.

TOlleris in celum medius q; ſub ethere pendes.
Sic pater in te vnum crimina noſtra iacit
Heu recipis fulmen quo nos leſiſſet iniquos.
Heu toleras noſtris debita fata malis.
Seu poteras vnus ſoluis q; & debita ſolues.
Nulla erit in noſtrum pœna relicta ſcelus.
Figeris & nullus iam poſſes artubus vti
Theſmophoro miti vox tibi ſola manet
Vox tibi ſola manet qua nos accerſis in aſtra
Verbera non manibus: nec dabis ore minas.
Precipis vt matri teneamus fędera natum
Nil melius propria matre daturus eras.




¶ Chriſtus alloquitur matrem.

HEc gemit atq; dolet cum:matre gemente dolebo
Fidus ero matri iam per acerba comes
Mortuus es:non es ſeruos oblitus amantis
Mortuus es:viuit quæ mihi mater erit
Viuit vel potius poſt talia funera languet
Langueboq; vna teq; redire petam
Flebilis humanæ dat virgo/parerga ſaluti
Sufficerent nati vulnera:mater habet
Nil doluit Chriſtus cum lancea pectus adegit
Aſt leſit matris lancea fixa iecur
Lancea te leſit quæ corda recluſit alumni
Baptiſmum tamen hæc ſacraq; vina dedit



¶De matre tenente puerum in gremio.

ECce tuo/genitrix/veniens a corpore corpus
Materno ecce tenes membra cruenta ſinu
Gratius in feno quondam vagire videbas
Vertere vel latices te rogitante mero
Liuores ſpectas denſata & vulnera paſſim
Aſſiduo nati diluis imbre cutem
Maternæ lachrimæ currunt per corpora nati
Atq; cruor lachrimis tingitur iſte tuis
Nunc vbi paſtorum iuſti & vitulatio ſponſi?
Nunc vbi trinorum munera trina ducum?
Illic etheride ietum peana ſonorant
Ecce ſuum dominum ſata tuliſſe gemunt.



❡Vngitur corpus Chriſti ſacrum.

VNgitur a iuſtis verum non debuit vngi
Non cinerandum vllo tempore corpus erat
Aſpicit hæc mater: paſſim & lamenta reſurgunt
Heu lachrimis cęcas lumina feſſa piis
Cognatę obſequium ſecum impendere fideles
Feminee vnxerunt oſſa refracta manus
Ponitur in tumulo/niueo q̄ in ventre/quieſcet
Triſtius: hac anima nam ſine corpus erit
Vitam vtero ſumpſit petroſo includitur antro
Semper iuncta deo vita ſepulta iacet
Letata es genito: mater triſtare ſepulto
Leta reſurgenti pignore mater eris.



Chriſtus deſcendit ad inferos.

Corpore ſic tecto mens inphlegetonta ſubiuit
Videre hanc iuſti per loca furua patres
Nuncia baptiſtæ quæ dixerat ante/probarunt
Vtq; queunt mentes mente patente canunt
Primus vt occurrat cum æua legatur adamus
Vult & vt hoc munus fortior alter agat
Vix frontem audebat venienti attollere Chriſto
Erubuit pomis æuaq; prima ſuis
Dicunt cauſa tue ſumus dulciſſime/mortis
Te decuit noſtro crimine magna pati
Qꝛ peccata nocent q̄ longi eſt noxa reatus
Qꝛ longo tenebras tempore crimen agit.



❡De reſurrectione.

Continuo Chriſtus propria virtute reſurgit
Quod triduo liquit mens ſibi corpus habet
Obſtupuit vacuo inſonnis cuſtodia buſto
Dum cuſtoditum corpus abeſſe vident
Mors ita peccantum vita moriente reuixit
Vitaqꝫ poſt mortem iam rediuiua manet
Gaudia iam redeunt ſumas tibi gaudia virgo
Quem bene ſperaſti poſſe redire redit
Natus adeſt gaudens cęli qꝫ accinctus honore
Cerne triumphantem dedecus omne ſiuit
Iam dea leteris natum letanter adora
Ille tua nebulas fronte mouere poteſt.



¶De mariarum ad ſepulchrum acceſſu.

IAm luceſcebat rorans pallantias agros
Prima genus tumulo lux muliebre trahit
Dumq; nurus pergunt dicunt quis buſta reuoluet
Impedient vnctus ſaxa repoſta pios
Adfuit etherides niueaq; in veſte refulſit
Surrexiſſe canens vnguina vana refert
Etheride alloquium linquentes ſtrata merentur
Sepe quidem rupta ſurgere nocte iuuat
Nunc igitur tam alto quid ſceptria luce redormis
Inter riualis bracchia/corpus alis
Diligis hypodamen veneris te philtra ſoporant
Hęc ſine: iam Chriſti ſi ſapis vnge pedes



¶Apparuit Magdalene.

CVius amor veris tunc deflagrabat in extis
Querebat dominum per monumenta ſuum
Obuius efficitur patuit q; olitoris imago
Nominat & Mariam:protinus illa ſtupet
Extitit hic olitor nocuas qui ſuſtulit herbas
Flores q; inſeruit quis modo pulchra nites
Audijt hec dominum:dominum q; agnouit ab ore
Mox prono vt tangat nititur ore deum
Aſt immortali contacta eſt pollice frontem
Sicq; hodie frontis pars ea tacta manet
Hæc mundata licet:fuerat tamen vſta dione
Carnem immortalem tangere virgo petat.



¶Apparuit diſcipulis euntibus in Emaus.

DIſcipulis iunctus tendis peregrinus in emaus
Et peregrinantem pandis habere fidem
His quoqꝫ colloqueris reſeras qꝫ oracula vatum
Abbreuias longam ſancta docendo viam
Hoſpicium patuit: patuere crepuſcula noctis
Inqꝫ ſuam cenam nocte cadente vocant
Te verum panis manifeſtas fragmine panem
Ad vitam gaudent te rediiſſe ſuum
Non te querebant ſed te inuenere vagando
Clauſus te quero nec reperire datur
Hic precor hic adſis noſtram qꝫ accede proſeucham
Aut peregrinando te reperire iuuat.



¶Apparuit Thome.

Vobis exemplo ſcortantes ſumite thomam
Credula res eſtis credulus eſſe nequit
Non precor ornatis lenonum credite tegnis
His faciles aures non tribuiſſe decus
Aſt res credulior thoma tamen eſte ſeuero
Nolitis qȝ dei pretetigiſſe latus
Dat latus hic thome Mariam qui diſpulit vngue
Sufficiat nurubus continuiſſe pedes
Vir latus attingat cordi qȝ immiſceat vnguem
Qꝫqȝ manus ſenſit certius ille canat
Creditur experto Thomas fuit hocce peritus
Sic Thome experto credidit inda cohors.



¶De aſcenſione.

TVm repetit Chriſtus tandem rediturus olympum
In celum admirans ſcandere turba videt
Suſpiciens mater poſcebat ad ethera tolli
At bene conueniens vt moreretur erat
Cernebat petrus cupiit q; relinquere corpus
Debuit aſt petrum tollere morte nero
Quid mirum: ſi te qui ſic videre querelis
Abſq; vllis ſeua fata tulere manu?
Non ego te vidi verum in te corpus anhelat
Optat & ex vegeto corpore vita rapi
Non ego te vidi: ſpero poſt fata videre
Tyndaridis forma gratior vnus eris.



¶ De miſſione ſpiritusſancti.

Q; bene res hominum miſeranti pectore curas
Poſtq̄ abſceſſiſti/pneuma creator adeſt
Mittitur en per te celi paraclętus ad orbos
Ne ſine ſolanti triſtia corda labent
Qui tecum timuit muliebria verbula Petrus
Alloquitur proceres nec timet ante feros
Diſcurrunt mundo toto ſparguntur in orbe
Atq; tui ignotis preficiuntur heris
Multa tamen tolerant paraclętus vincere preſtat
Dum quoq; vincuntur barbara ſacra domant
Scipio iam victor non tantum contulit vrbi
Q; genitricide contulit enſe cadens.



BIBLIOTHEQUE MAZARINE

¶De aduentu Chriſti ad Iudicium.

HEu venies venies mundum tamen ante cremabis
Fiet & immiſſo mundus hic igne nouus
Heu venies venies trepidet metanea malorum
Atq; reuerſuri vitet amore minas
Heu venies venies priuatim in morte timenda
Te quemcunq; ſua cernere morte decet
Vita perit: breuius q̄ nauis tranſeat vndam
Nec volumus viciis abſtinuiſſe malis
Vita perit: vitam tunc emendaſſe iuuabit
Et ſpretis vanis ſemper amaſſe deum
Vita perit: vite tunc tunc rimabere curſus
Tunc quoq; nobiſcum vix miſeranter ages.

¶Laus deo.

¶Ve qui Ieſum pro virili ſua non laudauerit.

¶Epigramma.R.in Chriſto patri.D.Anthonio de ſtāgno Engoliſmorum epiſcopo per.F.Io.de Monte miſſum.

DIerio viſas manans a gurgite ſtagnum
Iam pete theſpiadum paruula muſa decus
Ecce habitat cytharā cytharā tenet alſ apollo
Hunc ſacra cordato pallas honore colit
Noſtra illi exhibeas cētum per verba ſalute
Doctaqꝫ ſis tantum flectier ante patrem
Si roget ille locum qui me tenet aut vbi degā
Parua mihi locus eſt meqꝫ proſeucha tenet
Si roget ingenium cuinam ſe inflexerit arti
Detinet hoc ſcoti celica ſcabricies
Si roget in ſtudio quiſnam mihi fulcra miniſtret
Mantica dat victum ſed mihi nemo libros
Poſtmodo mœcenas vt ſit mihi muſa rogabis
Quodqꝫ opus eſt n oſtra pręſul in arte dabit
Ne tamen ignorans quæ poſces dona recuſet
Que per te fuerint dona petenda tene
Tantum poſce rudi hyrſutum pro corpore tegmē
Tum tibi tum græcos poſce thalia libros
Noſti etenim græcam me linguam velle doceri
Quam ſine codicibus nec labor vllus habet
Hos tibi ſi dederit memorando munere præſul
Præſulis extemplo munera tanta canes
Aſt tibi ſi fuerit data verſo ex ore repulſa
Neſcio munificus quis tibi præſul erit
Torpeſces vereor ſine libris dedita ſomno
Tunc ſine codicibus torpida facta gemes.

¶Publius Lentulus nobilis Romanus cum in Iudea conſulatum ageret:Imperatori Tiberio Senatuiqꝫ Romano nouitatum loco hanc de Chriſto ſcripſit epiſtolam.

APparuit temporibus noſtris et adhuc eſt
mo magne virtutis:cui nomē chriſtus Ihe
ſus qui dicitur a gentibus:propheta veri-
tatis:quem ei⁹ diſcipuli vocāt filium dei.
Suſcitans mortuos:Et ſanans languores:
homo quidem ſtatura procerus & ſpecta
bilis:vultum habens venerabilem:quem
intuentes poſſunt diligere et formidare:
capillos habēs coloris nucis auellane prę
mature planos fer̄ vſq; ad aures:ab auribus vero criſpos aliquam
tulum ceruliores & fulgentiores:ab humeris ventillantes.Diſcri-
men habens ī medio capitis iuxta morem nazareorum:frontem
planam & sereniſſimam : Cum facie ſine ruga & macula aliqua:
quam rubor moderat⁹ venuſtat.Naris & oris nulla prorſus eſt:re
prehenſio:barbam habens copioſam:& capillis concolorem:ſed
in medio bifurcatam.Aſpectum habens ſimplicem & maturum:
Oculis glaucis varijs & claris exiſtentibus in increpatione terribi
lis:in admonitiōe amabilis:& hylaris:ſeruata maturitate.Qui nū
q̄ viſus eſt ridere:flere aūt ſępe in ſtatura corporis ꝓpagat⁹ & ra-
rus ſed modeſt⁹ ac ſpecioſus inter cęteros filios hominum. Vale.

¶Hæc epiſtola reperta eſt in romanorum annalibus apud vi
centium in ſpeculo naturalis hiſtoriæ:& Euzebii:& Richardi.

¶In Capitulo de preuaricatione Adami & eue venerarunt pro
venenarunt.
¶In.C.de circunſione ipſo pro ipſa.
¶In.C.de oratione in orto abdomine coniungi debuit
¶In eodem ſapor pro ſopor
¶In.C.de ſamaritana frues pro foues
¶In.C.de illuſione Chriſti diſiungatur te de
¶In.C.de Herodis in inſontes puerulos debacchatiōe dedecus
vbi eſt decus & in quarto carmie vbi dedecus debuit eſſe decus.
¶De peccatricis acceſſu ad dominum:annis pro amnis vbi Ele-
tys ſumitur pro miſericordia.
¶In.C.in quo agitur de ductu Chriſti ad pylatum infauſtris pro
infauſtas·In eodem deffenditis pro defenditis.
¶In.C.in quo dicitur ꝙ eleuatur crux/nullus pro nullis.

¶FINIS.